

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Hieronymi comm. in Esaiam lib. VI-XIII - Cod. Aug. perg.
72**

Hieronymus, Sophronius Eusebius

[S.l.], [1. Drittel des 9. Jh.]

Liber XIII

[urn:nbn:de:bsz:31-1558](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-1558)

MULTI CASUS OPPRIMUNT NAUIGANTES. Si uehementior flauerit uentus. tempestas est; Si aura moderatior summa iacentis elementi terga crispauerit. piratarum insidias per timescunt. Atq; ita fit. ut fragili animae ligno creditae. aut metuant periculum aut sustineant; Quorum utrumq; altero grauius ē. Uel mortem timere ppetuo. uel quam timueris sustinere.

Hoc mihi in saiaae pelago nauiganti accedere uideo; Dum enim inoffenso cursu attenduntur. & securis nauatarum manib; sulcans aequoris campos carina dilabitur. subito clangoris turbo consurgens. tantis undarum molibus. & conlisorum interse fluctuum fragore resonante. pauca amicorum corda pterruit. ut dicere cogentur; magister. saluos nos fac. perimus. Quam obrem custochium. intoto orbe terrarum unicum nobilitatis & uirginitatis exemplum. non sileat pupilla oculi tui. clametq; in corde. abba pater. Et cum psalmista loquere. Exsurge. ut quid dormis dñe. Ut in iunctum in saiaa opus. te orante. & xp̄o miserante pficiam; Iam enim tertius decimus explanationum liber caditur. qui nec dum per uenit ad calcem; Et interim donec misericors & miserator dñs. patiens & multarum miserationum. reddat pristinam sanitatē. hanc praefatiunculam tumultuario sermone dictam. ut quae habentur in scedulis describantur. & plena emendatio iudicio lectoris reseruetur.

Rotate caeli desuper. & nubes pluant iustum. aperiatu terra & germinet saluatorem. & iustitia oriatur simul. ego dñs creauit eum. Lxx; Laetetur caelum desuper. & nubes spargant iustitiam. germinet simul. ego dñs qui creauit te. Duplex huius loci interpretatio ē. Quidam enim putant herere cum superiorib; quae dicuntur. & cirro rege laxante captiuos. caelum laetari. *דע ת ונימיקו* pro eo quod est qui in caelo moratur & terra; Alii a superiorib; separant. & proprium capituli huius uolunt esse principium. ac de aduentu dñi prophetari. quod imperetur nubibus de quib; supra scriptum ē. mandabo nubibus ne pluant super eum imbrem. id est uineam israhel. Et ad quas puenit ueritas dī. ut pluant mundo iustum. siue iustitiam. terraq; aperiatu & germinet saluatorem; De qua & in psalmis legitur; Ueritas de terra orta ē. & iustitia de caelo prospexit. Siue iuxta. lxx. Terra misericordiam & iustitiam pariter germinabit. ut & peccatores misericordiam. & iusti premia consequantur; Quodq; sequitur. ego dñs creauit eum. uel ego dñs qui creauit te. non scandalizabitur ad nomen creaturae. qui illum uermem ac seruum & germinatum legerit. sed et terram.

Vae qui contradicit fictori suo. testa de sanis terrae; Numquid dicet lutum figulo

suo quid facis. & opus tuum absq; manibus ē; Uae qui dicit patri quid generas.
& mulieri quid parturis; Haec dicit dñs sc̄s isrl̄. plastes eius; uentura interrogate
me sup filios meos. & sup opus manuum mearum mandastis mihi; Ego feci terram.
et hominem sup eam creau ego; manus meae tetenderunt caelos. & omni militiae
eorum mandau; Ego suscitaui eum ad iustitiam. & omnes uias eius dirigam; ipse aedi
ficauit ciuitatem meam. & captiuitatem meam dimittet. non in pretio. neq; in mune
ribus. dicit dñs d̄s exercituum. 7 Lxx; Quid melius feci quam lutum figuli.
Numquid arans arabit terram. Numquid dicit lutum figuli. quid facis. quō non ope
raris nec habes manum; Uae qui dicit patri quid generas. & matri quid peccaturis;
Sic enim dicit dñs d̄s sc̄s israhel. qui fecit uentura. interrogate de filiis meis. & de
operibus manuum mearum mandate mihi; Ego feci terram & hominem sup eam.
ego manu mea firmaui caelum. ego omnibus stellis mandau. ego suscitabo eum
cum iustitia regem. & omnes uiae illius rectae; ipse aedificauit ciuitatē meam.
& captiuitatem populi mei conuertet. non in pretio neq; cum muneribus. dicit dñs
sabaoth. 7 Qui ad c̄tri personam uolunt referri quae dicta sunt. sic locum istum
interpretantur; Me in gentia pollicente. quod propter reuersionem populi mei
in iudaeam. omnia c̄tro regna substernam. Uae ei qui incredulus ē. & non pu
tat uentura quae dico. quasi lutum & testa confrica calumnetur figulum suum.
quare facta. uel cur ita facta sit. & opus cōtra artifices. loquatur manum.
Ad patrem ac matrem calumnetur filius. cur in terram naturae lege profu
sus sit; Cum igitur ego dñs sc̄s isrl̄ plasmauerim c̄trum. & mea iussione ge
neratus sit. supfluum facietis ambigere de futuris. Quin potius nosse debetis.
qd̄ filius meus populus isrl̄. & opus manuum mearum. non uřo arbitrio sed
mea uoluntate dispensem. ut qui prius tenebras & malum creau. nunc lucem
& pacem tribuam; Ego enim dñs non in uacuum creau terram. ut esset de
serta & squalida. sed ut homines habitarent in ea; Ego extendi siue firmaui cae
los. ut angelorum eēt habitaculum. stellarumq; eos uarietate distinxī. & imperaui
singulis quo currerent ordine. & dierum ac mensium annorumq; diuersa spatia
complerent. 7 Qui igitur caelum feci & terram. quid magnum est si unum ^{regem} crea
uerim. qui mea mandata conseruet. & omnes uias illius dirigam; Ipse enim
iussurus est. ut aedificetur ciuitas mea hierusalem. & captiui redeant in iudaeam.
non ob pretium neq; munera. sed ob meam uoluntatem. dicit dñs d̄s exercituum. 7
Qui autem coeptam ad xpm referat intellegentiam. sic explanationis suae uerba
moderatur; Uae eis qui contradicunt dō. & xpm non putantes eē. uenturum.

quasi lutum & testa de testis contra dicat figulo suo; Uae qui dicit omnipotenti
 patri. quare generas filium. & mulieri sc̄ae mariae. quid parturis. De qua
 scribit & apostolus. quod x̄p̄s sit factus de muliere. factusq; sub lege; haec dicit
 d̄ns d̄s sc̄s isrl̄. qui plasmavit saluatorem in utero uirginali. dicens p̄ gabrihelem;
 S̄ p̄r sc̄s ueniet sup̄ te. & uirtus altissimi obumbrabit tibi; quod autem nascetur inte
 sc̄m. uocabitur filius d̄i; Interroget me testa. & secreta futurorum p̄quirat. ut
 praecipiat mihi. quomodo adoptiuos filios qui in meum filium credituri sunt. de
 beam regere; Dicit & euangelista iohannes; Quot quot eum receperunt. dedit
 eis potestatem filios d̄i fieri; Sin autem ego feci terram ut habitaretur ab hominib; .
 & caelos extendi de sup̄. & eos astrorum uarietate decorauim. ut morarentur in terra
 cultores d̄i. quid mirum si filium meum. iustum regem miserim mundo. siue ab in
 feris suscitauerim. Cuius omnes uiae rectae sunt. Peccatum enim non fecit. nec
 dolus inuentus. ē. more eius. Qui aedificet ciuitatem meam sup̄ petram. aduersus quā
 portae inferni non p̄ualeant. Et quae in monte posita latere non possit. Demoni
 cisq; uinculis prius alligatos. dimittat liberos. Non in pretio. neq; in muneribus;
 Gratis enim salui facti sumus. audientib; apostolis atq; facientibus; gratis accepistis.
 gratis date. Nonnulli haec ad Zorobabel referunt. qui eduxit captiuos de ba
 bilone. & aedificauit ciuitatem & extruxit templum. prophetantibus aggeo & Za
 charia. atq; dicentibus; Manus Zorobabel fundauerunt domum istam. & manus eius
 complebunt eam; Sed nos hic rectius dicimus & uerius. nec citum aedificasse ciuita
 tem quae postea exstructa ē. sub neemia. nec omnes uias eius fuisse directas. cui supra
 dictum ē. Adsumpsi & accinxisti te. & non cognouisti me. Et Zorobabelis statum. qui
 sub nutu & potestate medorum fuit atq; persarum. omnia quae dicuntur excedere;
 Neq; enim Zorobabel extruxit ciuitatem. nec captiuitatem dimisit. Nec rex appel
 lari potest. qui sub alius uiuentis regibus hoc nomine caruit. Quid sibi autem uellet
 lxx. qui in principio huius captiui transulerunt. Quid melius feci quasi lutum
 figuli. Num quid qui arat arabit terram. scire non ualeo; Nisi forte theodotionis se
 quar aeditionem. qui pro hoc posuit. Uae ei qui contendit contra factorem suum.
 arans arantis terram. Quod scilicet uulneret in paenitentia corda mortalium. &
 in morem sulcorum ea subuertat atq; subruat; Sed & haec friuola interpretatio ē.
 Porro quod figulus hoc ē. creator. n̄r. & factor. appelletur d̄s. & apostolus paulus
 in epistola loquitur ad romanos; Numquid dicit figmentum ei qui se finxit. quid
 me fecisti sic. An non habet potestatem figulus luti. ex eadem massa facere aliud
 quidem uas in honorem. aliud in contumeliam. Et in hieremia prolixius scribitur.

qui narrat post cetera; Descendi in domum figuli: & ecce ipse faciebat opus
in rota & dissipatum. ē. uas quod faciebat manibus suis; Rursumq; fecit ex eodem
luto uas sicut placuit in conspectu eius; Et factus ē sermo dñi ad me dicens;
Sic non possum sicut iste figulus facere uos domus isrl̄. dicit dñs; Ecce sicut lutū
in manu figuli: sic uos estis in manib; meis domus isrl̄; Illud quoq; quod scriptū ē;
ego omnibus stellis praecipio: quib; occasionem tribuit. quod astra rationabilia
sint. & animam sensumq; habeant; Neq; enim auiunt praeciperet nisi intellegendib;.
Non recordantes quod & in iona scriptum sit; Praecepit dñs spiritui conburenti;
& rursum; praecepit uermi matutino; Et qđ in euangelio saluator uentos & ma-
re increpauerit; In quib; sensum atq; rationem non esse per spicuum est.

Haec dicit dñs; labor aegypti & negotiatio aethiopiae & sabaim. uiri sublimes
ad te transibunt & tui erunt; Post te ambulabunt. uincti mancis pergent. & te
adorabunt: teq; deprecabuntur; tantum in te ē. dñs. Et non ē. absq; te dñs; Uere
tues dñs absconditus. dñs isrl̄ saluator; Confusi sunt. & erubuerunt omnes simul.
Abierunt in confusione. fabricatores errorum; isrl̄ saluatus ē. in dño salute
aeterna; non confundemini & non erubescetis. usq; in saeculum saeculi;

LXX. Sic dicit dñs sabaoth; laborauit aegyptus. & negotiatio aethiopum & sabaim.
uiri excelsi ad te transibunt. & tui erunt serui. & sequentur uincti mancis.
& transibunt ad te & adorabunt. & in te orabunt. quō in te ē. dñs. & non ē. dñs absq;
te; Tu enim dñs es & nesciebamus. dñs isrl̄ saluator; Confundantur & erubescant
omnes aduersarii eius. & ambulent in confusione; Innouamini ad me in saecula isrl̄.
saluator isrl̄ ad dño salute aeterna; Non confundentur. neq; erubescant usq; in saecula.

Et in hoc loco quiloquuntur historiam. dicunt aegyptum & aethiopes. gentesque
sabaim quae trans aethiopiam ē. seruisse. & ei gentes ultimas fuisse subiectas. atq;
ex mirabili intellexisse uictoria. qđ in eo esset dñs. & non eēt alius praeter eum
qui in illo habitaret dñs; Sed hoc quod sequitur. Uere tu es absconditus. dñs isrl̄ sal-
uator. quomodo possit circi psonae iungere non intellego. Nisi forte theodotionis
utantur editione. qui transtulit; In te ē. fortis. & non ē. alius praeter eum dñs;

Praeter ea tu fortis absconditus dñs isrl̄ saluator. Quocumq; se uerterint. non ua-
lebunt laqueos ueritatis effugere; Fac enim. eē. in cirro dñm. & non esse alium
praeter eum qui sit in cirro dñs; Quomodo circi psonae dici conueniet. Uere tu es
dñs absconditus. dñs isrl̄ saluator; Ergo dñs in quo ē. dñs. dñs n̄r ih̄s xp̄s rectius in-
tellegitur & uerius. qui dñs appellatur absconditus. propter adsumptionem corpo-
ris sacramentum. & dñs isrl̄ saluator. quod interpretatur ih̄s; hic enim iuxta

angelum gabrihelem. saluat populum suum; Confusi sunt & erubuerunt omnes simul. scribae uidelicet & pharisaei. & abierunt in confusionem fabricatores erroris. Qui intoto mundo disseminauere mendacium. ut eum dicerent ab apostolis furto esse sublatum. Isrl̄ autem saluatur in dño salute aeterna. apostolorum intellegitur chorus. & hi qui per apostolos crediderunt; Unde dicitur ad eos; Non confundemini neq; erubescetis. non solum in praesenti seculo. sed in futuro. Seruisse autem aegyptum. & aethiopes. & sabaim. excelsos uiros atq; sublimes nemo dubitat. cum ei mundum uideat subiectum. eē. & ex paucorum nomine nationum quae habitant in extremis finibus terrae. cunctos caelorum cardines. & omnia terrae litora creditura respiciat; Unde pulchre quasi laborantibus in errore idolatriae. cessare labor aegypti nominatur; Nulla enim gens ita idolatriae dedita fuit. & tam innumerabilia portenta uenerata est. quam aegyptus. de qua supra legimus. Ecce dñs ascendet sup nubem leuem. & ingredietur aegyptum. & mouebuntur simulachra aegypti a facie eius. & cor aegypti tabescet in medio eius; Porro qđ in lxx. additum ē. in nouamini ad me insulae. sic exponere possumus. ut dicamus ecclesias de gentibus congregatas in nouari in xp̄o. & appellari insulas. qđ persecutorum rabiem procellasq; sustineant. fundatae sup petram. nulla turbinum mole quatiantur. hebrei stulta contentione nitantur adserere. usq; ad eum locum ubi legitur. tantum in te. ē. dñs. & non ē. absq; te dñs. uel ad hierusalem. uel ad egyptum dici; Hoc autem qđ sequitur. uere tu es dñs absconditus. dñs isrl̄ saluator. subito ad omnipotentem dñm apostropham fieri. Cum etiam stultis p̄spicuum sit. unum contextum esse sermonis. Nec posse sensum diuidi. qui ipso narrationis ordine & ratione coniunctus ē. Quia haec dicit dñs. creauit caelos. ipse dñs formauit terram & faciens eam. ipse plas̄tes eius. non in uanum creauit eam. ut habitaretur formauit eam; Ego dñs & non ē. alius; Non in abscondito locutus sum. in loco terrae tenebroso; Non dixi semini iacob. frustra quaerite me; Ego dñs loquens iustitiam. adnuntians recta; Congregamini & uenite. & accedite simul. quia saluati estis ex gentibus; nescierunt qui leuant signum sculpturae suae. & rogant dñm non saluantem; Adnuntiate & uenite. & consiliamini simul; Quis auditum fecit hoc ab initio. ex tunc praedixi illud; Numquid non ego dñs. & non ē. ultra dñs absq; me; Dñs iustus & saluans. non ē. praeter me; Conuertimini ad me & salui eritis omnes fines terrae. Quia ego dñs & non est alius; In me met ipso iuravi. Egredietur de ore meo iustitiae uerbum & non reuertetur. Quia mihi curuabunt omnia genua. & iurabit omnis lingua; Ergo in dño dicent. meae sunt iustitiae & imperium;

Ad eum uenient. & confundentur omnes qui repugnant ei; In dño iustificabitur
& laudabitur omne semen israhel. 7

lxx; Sic dicit dñs qui fecit caelum. iste ostendit terram & fecit eam. ipse separauit
eam. non in uacuum fecit eam. sed ut habitaretur plasmauit; Ego sum dñs. & non
est ultra; Non in abscondito locutus sum: neq; in loco terrae tenebroso; Non dixi se
mini iacob. uacuum quaerite; Ego sum dñs qui loquar iustitiam. adnuntio ueri
tatem; Congregamini & uenite simul. qui saluamini de gentibus; Non cognoue
runt qui portant lignum sculpturae suae; Orant deos non saluantes. si adnun
tiant adpropinquent. ut sciant simul quis audita fecit haec ab initio; Tunc
adnuntiatum. ē. uobis; nonne ego dñs dñs. & non. ē. alius absq; me. iustus & sal
uans non. ē. praeter me; Conuertimini ad me & salui eritis ab extremis terrae;
Ego sum dñs & non. ē. alius; Per me met ipsum iuro: nisi egredietur de ore meo
iustitia sermonis mei non auertentur: quia mihi incuruabit omne genu. & iura
bit & confitebitur omnis lingua dño dicens; iustitia & gloria ad eum ueniet. &
confundentur omnes qui separant ad dño. iustificabitur & in dño gloriabitur omne
semen filiorum israhel. 7

Vocatis aegypto. & aethiopia. & sabaim. uiris
excelsis: p quae monstratur salus uniuersarum gentium barbararum. & totius
mundi ad dñm conuersio: ostendit dñs iustitiam suam. qd non solum iudaeorum sit dñs.
sed & gentium; Ipse enim caeli factor & terrae. aequaliter omnium dñs. ē. Et non
ob aliam causam creauit terram: nisi ut hominum esset habitaculum: qui suum
adorarent & intellexerent creatorem. & idola uniuersa contemnerent; Nam
& in monte sina. de excelsis eius uertice haec audientib; populis. ē. locutus; Non
erunt tibi dii alieni absq; me. nec facies tibi idolum; Sed melius ut hoc dictum
de euangelica p̄dicatione credamus. 7 Moyses enim in abscondita solitudine. uni
tantum locutus. ē. populo; Apostolorum autem sonus in uniuersum orbem exiit.
& uerba illorum usq; ad terminos p̄uenerunt. 7 Non dixi semini iacob. frustra
quaerite me; Caelorum enim illis regna promisi. & primum ad eos locutus sū;
non ueni nisi ad ues p̄ditas domus isrl; Et idcirco locutus sum iustitiam. &
adnuntiaui recta siue ueritatem: ut imaginib; legis & cerimonis derelictis.
sequerentur ueritatem euangelii; Sed quia illi credere noluerunt. & indignos
se iudicauerunt salute: propter ea dico gentib; congregamini & uenite.
& accedite de toto orbe ad me simul. qui saluati estis ex gentibus; Per quod
ostendit non statim omnes gentes. ēē. credituras. sed paulatim & p̄ partes;
Deniq; corripit eos qui in errore pristino permanserunt. dicens; nescierunt

qui leuant signum sculpturae suae. & rogant dñm non saluantem; Et est sensus;
 Non intellexerunt sermones meos. simulachrorum suorum onere praegravati.
 & sperantes in eis quib; non. ē. salus; Unde apostolis praecipitur. ut oportune
 in portune adnuntient ueritatem. ut in eam consilium salutis gentium; hoc au-
 tem id est ut congregarentur. & uenirent ex gentib; plurimi qui saluarentur.
 ab initio locutus ē. & cunctorum prophetarum ora cecinerunt. qui sermone
 dñi loquebantur. p̄ter quem nullus ē. alius; Filius enim non absq; eo. sed in eo dñs ē.
 Pulchre q; iungit dñs iustus nequaquam unius gentis. sed uniuersi mundi cui loquitur.
 Conuertimini ad me & salu eritis omnes fines terrae. Impleto illo qđ pater filio
 re promissit; Postula a me & dabo tibi gentes hereditatem tuam. & possessionem
 terminos terrae; Iuratq; p̄ semetipsum. quō sententia oris sui. & uerbum qđ
 semel protulit sup salute gentium. nequaquam irritum fiat. sed promissio eius
 opere compleatur. dicentis supra; Conuertimini ad me & salu eritis omnes fi-
 nes terrae; Iurat autem secundum apostolum. ut p̄ duas res immobiles in quib;
 impossibile ē. mentiri dñm. firmam consolationem habeamus; Sed & hoc iurat.
 quod idolis derelictis omne genu flectat. caelestium. & terrestrium. & inferno-
 rum. & omnis p̄ illum lingua mortalium; In quo p̄spicue significatur populus
 xp̄ianus; Moris enim ecclesiastici ē. xp̄o genu flectere; Quod iudaei mentis
 supbiam demonstrantes omnino non faciunt. Sed & omnis lingua cunctorum
 gentium barbararum. non in sr̄nagogis sed in xp̄i ecclesiis confitetur; Omnis
 autem lingua xp̄m confitens. in dño loquetur & dicet; Meae sunt iustitiae. &
 meum imperium. non populi iudaeorum; Ad eum cunctae gentes uenient.
 & confundentur. qui prius illius euangelio repugnabant. & iustificabitur atque
 laudabitur omne semen isrl̄. Quorum praedicatio & sementis fertilissima. in
 toto orbe uberrimos attulit fructus; Siue iuxta. lxx. Omnis lingua iurans
 & confitens dñm dicet. Quod iustitia & gloria totius orbis ad eum ueniet. Confun-
 dentur iudaei qui se separant ab eo; Hi autem qui de stirpe filiorum israhel
 orti sunt. & qui de apostolorum semine pululauerunt & crediderunt in xp̄o.
 habeant iustitiam & gloriam sempiternam.

Conflatus ē. bel. contritus ē. nabo. facta sunt simulacra eorum bestis & iu-
 mentis; Onera uřa graui pondere usq; ad lassitudinem contabuerunt & contri-
 ta sunt simul. non potuerunt saluare portantem. & anima eorum in captiuita-
 tem ibit. lxx; Cecidit bel. contritus ē. dagon. fracta sunt sculptilia eo-
 rum. bestia & iumenta portatis ea colligata. quasi onus laboranti & deficienti

H

& esurienti. nec praevalenti simul qui non potuerunt saluari debello. ipsi autem capti ducti sunt. Consequenter post uocationem gentium. electionem credentium existit. idola corruisse testatur. Cecidit siue conflatus ē. bel. quem greci belum. d. latini saturnum uocant. cui tanta fuit apud ueteres religio. ut ei non solum hostias captiui uiuorum ignobilium q̄ mortalium. sed & suos liberos immolarent; Nabo autem & ipsum idolum ē. quod interpretatur propheta & diuinitio. quam post euangelii ueritatem in toto orbe conticuisse significat; Siue iuxta. lxx. dagon. qui tamen in hebreico non habetur. & est idolum ascalonis gazae. & reliquarum urbium philistin. & a speciali transit ad generale; Facta sunt simulacra eorum bestis & iumentis. Non quo simulacra gentilium in predam bestiarum & iumentorum exposita sint. sed quo religio nationum simulacra sint bestiarum & brutorum animalium. quae maxime in aegypto diuino cultui consecrata sunt; De quib; & uirgilius; Omnigenumq; ^{deū}monstra & latrator anubis. Nam & pleraq; oppida eorum. ex bestis & iumentis habent nomina. κνωαση αεοντω. aleone. Thimus lingua aegyptia ab irco. αρκω. alupo. ut taceam a formidoloso & horribili copi & crepitu uentris inflatiq; pelesia qua religio ē; haec inquit simulacra quae non possunt saluare portantes. nihil sunt aliud nisi onera sacerdotum. deprimunt eos usq; ad lassitudinem; Quae cum captiuitas uenerit. pro pretio metallorum de quib; facta sunt ducuntur prima captiua. [&]ad animam suam. Siue portantium. liberare non possunt. non quo muta simulacra habeant animam. & aliquem sensum doloris. quae insensibilia sunt. ^{sed} καταχρηστικω. uocetur anima. & membra earum quae absq; sensu & membris sunt; Alioquin & in pro uerbis legitur; In manu linguae mors & uita; Cum spicue manum lingua non habeat; Uel hoc dicendum. qđ grauissimum onus in gentib; error fuerit idolatriae. quae cultores suos deprimebat ad terram & saluare non poterat. animasq; eorum faciebat diabolo & demonibus esse captiuas.

5 **A**udite me domus iacob. & omne residuum domus isrl. qui portamini meo utero.
 1 qui gestamini mea uulua. usq; ad senectam ego ipse. & usq; ad canos ego portabo.
 2 ego feci & ego feram. ego portabo & saluabo. Cui ad similitudinem me. & adaequastis
 3 & comparastis me. & fecistis similem; Qui confertis aurum de sacculo. & argentū
 4 statera ponderatis. conducentes aurificem ut faciat dñm. & procidunt & adorant.
 5 portant illum in umeris gestantes. & ponentes in loco suo. & stabit ac de loco suo
 6 non mouebitur. Sed & cum clamauerint ad eum non audiet. de tribulatione

non saluabit eos. **Lxx;** Audite me domus iacob. & omnes reliquiae domus isrl. qui portamini de utero. a paruulo usq; senectutem ego. & donec senescatis ego sum. ego sustineo uos. ego feci & ego dimittam. & ego suscipiam. & saluos uos faciam; Cui ad similitudinem me uidete. excogitate qui erratis. & conferatis aurum de sacculo. & argentum in statera appendetis. & conduxitis artificem. fecerunt opera manuum. & incuruati & adorauerunt. portant illud inumeris & uadunt; Si autem posuerunt illud in loco suo. manet & non mouebitur. Et qui clamauerit. ^{ad} illud non audiet. & de malis non liberabit eum. Nequaquam eum appellauit iacob nec isrl; qd & ipsum absq; coniunctione serui pueri & electi. in suffillationem populi dici supra exposuimus. Sed multo uilius domus iacob & reliquiae isrl. ob pproximitatem carnis & sanguinis. quasi facies reliquiarum isrl; Docetq; eos instar puerorum atq; lactantium. ita adno quasi matris utero & uulua pregnantis ex aegypto. ee portatos. Non quo ineffabilis di in comprehensibilisq; maiestas. aut uterum habeat aut uuluam. pedesq; & manus. & cetera corporis membra. sed quo nos affectum di pna uerba discamus; Alioquin & in c. viii. psalmo. ex persona di hoc idem canitur; In eo enim loco ubi. lxx. transtulerunt. ex utero ante luciferum genui te. In hebraico scriptum habet. $\overline{\text{H H P H X H}}$ quod interpretatur deuulua; In presentiarum uero. non solum de utero & uulua scriptum est. hoc e. meceben. & merechem. Sed memini quae propositio significat. ex meo utero siue ex mea uulua; Et est sensus; Qui uos genui ab infantia. & meo utero uuluaq; gestau. ipse usq; ad senectutem protegam non meam sed uestram. ut eos doceat diuina misericordia. ee saluandos; Creator enim omnium parcit creaturae suae. & pastor bonus ponit animam suam pro ouib; Qui autem mercennarius. e. cuius non sunt oues. cum uiderit lupum fugit. Quia igitur feci & genui liberos. ego feram & ipse portabo. Juxta. lxx. qui dixerunt. qui portamini ex utero. & erudimini ab infantia usq; ad senectutem. Hoc significat. qd frustra legem di die ac nocte meditentur. non habentes notitiam di. sed hominum ac bestiarum simulacra uenerantes. intantum ut correptione indigeant propheta. p quam loquitur ad eos ds; Cui ad similitudinem me & adaequastis & cetera; Quod aurum argentumq; contulerunt. & conducto statuario fecerunt idola. & adorauerunt opera manuum suarum. quae portantur ^humeris. & confixa atq; stabilita se non ualeant commouere. nec prodesse his a quibus coluntur; manifesta transcurremus. ut xpi misericordia clausa referemus. **Mementote istud & fundamini. redite praeuaricatores ad cor. recordamini**

merechem

prioris sc̄ti. quō ego sum d̄s & non ē. ultra d̄s. nec ē. similis mei. Adnuntians
 ab exordio nouissimum. & ab initio quae nec dum facta sunt dicens; Consilium
 meum stabit. & omnis uoluntas mea fiet; Uocans ab oriente auem. & de terra
 longinqua uirum uoluntatis meae. & locutus sum. Et adducam illud. creauī &
 faciam illud. Lxx; **M**ementote horum & in gemescite. agite paenitentiam
 qui erratis. reuertimini corde. & mementote priorum a sc̄to. quō ego sum d̄s
 & non ē. ultra praeter me. qui nuntio prius nouissima ante quam fiant. & con
 pleantur; Et dixi omnis uoluntas mea stabit. & cuncta quae cogitauī faciam;
 qui uoco ab oriente auem. & de terra longinqua de quib; cogitauī. locutus sum
 & adduxi. creauī & feci. Quia uos ipse genui. ipse portauī. & ab infantia usq;
 ad senectutem. non ur̄i merito sed mea potestate saluamini. Deserite idola quae
 fecistis. & ad unius d̄i cultum reuertimini. agite paenitentiam. in gemescentes
 pro errore qui uos tenuit. Immo fundamini. ne rursus subitus idolatriae uos turbo
 subuertat. Et redite ad cor id est ad mentem ur̄am. qui simulacra uenerantes.
 uelut furiosi in ligna impingebatis & lapides. ab initio considerate mundi. qđ p̄t̄
 me nullus sit d̄s. nec alius poterit scire uentura nisi ego. qui p̄ prophetas nuntio quae
 facturū sum. ut cum p̄dicta compleuero. diuinatione probem diuinitatem; ego enī
 misterium qđ cunctis retro generationib; fuerat ignotum. Immo consilium meū
 statutam. ēē. non dico. ut cum illud uideritis effectum. nullum sciatis d̄m. nisi eum
 qui haec futura cognouit. Immo praecipit fieri; Ego sum qui ab oriente uocaui
 eum. ut putant hebrei cirum regem psarum. siue darium medorum principem.
 Et de terra longinqua uirum uoluntatis meae. qui expleat omnem uoluntatem meā
 contra babilonem atq; chaldeos; siue ut nos uerum. ēē. conuincimus. d̄m salua
 torem; De quo & balaam uaticinatur; Orietur stella ex iacob. & homo ex isrl̄.
 cuius nomen ē. oriens. quem adorauerunt magi de oriente uenientes. hic enim
 loquitur in psalmis; D̄s ut facerem uoluntatem tuam uolui. De quo locutus ē. pater.
 & sponsonem suam opere conprobauit. Lxx. p̄ eo qđ de hebreo nos expressimus
 uirum uoluntatis meae. posuerunt. de quib; cogitauī. Ergo iuxta eos. uocatis de
 oriente aues. angelorum possumus intellegere ministeria. quae ad imperium d̄m
 in toto orbe discurrunt. qui administratores sp̄s. & mittuntur ad salutem creden
 tium; De quib; & in psalmis canitur; Qui facis angelos tuos sp̄s. & ministros tuos
 ignem urentem.

Audite me duro corde. qui longe estis a iustitia; Prope feci iustitiam meam. non elon
 gabitur. & salus mea non morabitur; Dabo in sion salutem. & in isrl̄ gloriam meam.

Lxx; Audite me qui ^{di} p̄distis cor. qui longe estis a iustitia; adduxi iustitiam meam.
 & salutem quae a me ē. tardare non faciam; Dedit in sion salutem. gloriam in isrl̄.
 Quib; supra dixerat. audite me domus iacob. & omne residuum domus isrl̄. Et iterum.
 redite p̄uaticatores ad cor. Etiam nunc iuxta hebraicum propt̄ incredulitatem ap
 pellat eos duro corde. & iuxta Lxx. qui cor mentemq; perdidierunt; Quod secutus
 uir eruditissimus. & dignus nomine suo stephanus martyr. in iudaeorum contione
 loquitur; Duri ceruice & incircumcisi cordibus auribusq; uos semp̄ spiritui sc̄o
 resististis. sicut patres ur̄i; hi igitur longe sunt a iustitia d̄i. quia non crediderunt
 in eum. quam pro sua clementia d̄i fecit. ēē. uicinam. & uenire ad terras. & nequa
 quam uult tardare nec procul fieri; Dedit enim sion salutem suam. & isrl̄ glo
 riam suam; hoc de uaticinio dictum sit futurorum. & de aduentu d̄ni saluatoris;
 Ceterum iuxta historiam. datur sion salus. & isrl̄ gloria. qm̄ d̄s prope fecit suam
 ēē. iustitiam. ut uocaret ab oriente auem. & de terra longinqua uirum uolunta
 tis suae. qui israhelis & subuersae hierusalem ulciscetur iniurias. & medis per
 sisq; superantibus. babilonem chaldeosq; deleteret. sicut sequentia prophetae uer
 ba testantur.

Descende sede in puluere uirgo filia babilonis. sede in terra. non ē. solum filiae
 chaldeorum. quia ultra non uocaberis mollis & tenera; Tolle molam & mole farinam.
 denuda turpitudinem tuam. Disco ^h operi uerum. reuela crura. transi flumina. Re
 uelabitur ignominia tua. & uidebitur obprobrium tuum. Ultionem capiam. &
 non resistet mihi homo. Lxx; Descende sede sup̄ terram uirgo filia babilonis.
 sede in terra. non ē. solum filiae chaldaeorum. quō nequaquam ultra uocaberis
 mollis & tenera; Tolle molam & mole farinam. reuelabo operimentum tuum. de
 nuda canos. disco operi tibias. transi flumina. reuelabitur ignominia tua. appa
 rebunt obprobria tua; qđ iustum ē. de te auferam. nequaquam ultra tradam homi
 nibus. Quomodo in ezechiele sub figura nauis & omnis instrumenti eius. tr̄ri or
 natus exponitur. quae nauigantib; dedita ē. & propter aquarum abundantiam rex
 aegypti draco appellatur. & squamae illius. nunc usq; ac papyrus. & pisciculi descri
 buntur. & hierusalem cum idolis fornicationem. a clupanaris similitudo testatur.
 sic p̄sentiloco ^{sub} sup̄ persona captivae mulieris ^{quae on} quadam regina fuerit. babilonis
 seruitus indicatur. diciturq; ei. ut descendat de regni superbia. & in puluere sedeat;
 Uirgo autem appellatur & filia. uel quia omnes homines creatura d̄i sumus. haec
 est babilonis iuxta hereticos natura damnabilis. uel ob luxuriam & ornatum urbis
 quondam potentissimae. quae cum seruiss& occasu. uirgunculam & puellam

se. eē. iactabat; licet ex eo qđ iuxta. lxx. scriptum. ē. filiam babylonis. non ip-
sam babylonem quidam. sed romanam urbem interpretantur. Quae & in apocalypsi
iohannis. & in epistola petri babylon specialiter appellatur. Et cuncta quae nunc
ad babylonem dicuntur. illius ruinae conuenire testantur; Contra quā uocandis
auiſ dīq; iustitia. ut postquā sion. id. ē. ecclesia saluata fuerit. illa pereat in eternum;
Dicitur ergo babylonis reginae & filiae chaldeorum. a chaldeis enim condita est.
qđ nequaquam uocetur mollis & tenera. & delicias affluens. quae cunctarum gen-
tium manib; portabatur. ita ut terrae plantas uix inprimeret. praecipiturq;
ei. ut tollat molam & molat farinam. qđ. ē. durae captiuitatis. & extremae serui-
tutis indicium. Ut quae quondam regina fuerit. postea molendae farinae ope-
re seruiat; Sed quia sequitur. Denuda turpitudinem tuam. & iam mola ab
hebreis figuratiter intellegitur. Quod scilicet in morem scorti uictorem libidi-
nem pateat; Illudq; qđ in iudicum libro de samson scribitur. ad molam eum aph-
listim. eē. damnatum. hoc significare uolunt. qđ pro sobole robustissimorum ui-
rorum. hoc in alio filias mulieres facere sit compulsus; In eo ubi nos inter preta-
ti sumus. denuda turpitudinem tuam. ^{quo} pro. lxx. transtulerunt. reuela operi-
mentum. Theodotio. ipsum uerbum hebreicum posuit. sameth. sirmachus.
TOCIW. Aquila. ΠΩΜΕ. semmtheh. non cor; Quod nos exprimere pos-
sumus taciturnitatem tuam. qđ tacere debeat pro uerecundia; Quod quidem &
in cantico legimus canticorum. ubi sponsae pulchritudo describitur. ad extremum
infert. absq; taciturnitate tua. nolentib; interpretati sunt transferre nomen. qđ
in scā scriptura sonaret turpitudinem; Recteq; contra babylonem in uerecundis
uitur nominib; licet nulla sit turpido. humani corporis membrum uocare
nomine suo; Cui praecipitur ut denudet pectora. & crura. ac femina aperiat. & ua-
dat in captiuitatem. uideatur ignominia eius. & obprobrio pateat sempiterno;
Et hoc dñs fecisse se dicit. ut ultionem caperet de ea quae oppressit populum suū.
ut nullum pro ea auderet precatorem. qui iram dñi soluere conetur occursu; signi-
ficat autem angelum gentis babiloniae persidem. qui cum ceteris angelis loqui-
tur. curauimus babylonem & non. ē. curata; Quod autem. lxx. transtulerunt.
qđ iustum. ē. date. nequaquam auferam ultra tradam hominib;. sub auditur
babylonem. uel certe hoc qđ iustum. ē. & ablatum de babilone. Disputant
stoici multa re turpia & praua hominum consuetudine uerbis honesta esse.
ut parricidium homicidium adulterium incestum. & cetera his similia; Rur-
sumq; re honesta hominib; uidere turpia. ut liberos procreare. inflationem

uentris. crepitu degere aluum. reuelare stercora. uessicam urine effusione
laxare; Deniq; non posse nos ut dicimus aruta rutulam sic uⁱ TPOPCRA
mente facere; Ergo semmathel qd aquila posuit ut diximus. uerenda mulieris
appellatur; cuius & ἸΧΘΥΟΤΙΑ apud eos sonat sitiens tuus. ut in expletam ba
bilonis indicet uoluntatem. 7

Redemptor nr̄ dñs exercituum. nomen illius sc̄s isrl̄; sede tace. & intra intene
bras filia chaldeorum. quia non uocaberis ultra domina regnorum; iratus sum
sup̄ populum meū. Contaminaui hereditatem meam. & dedi eos in manu tua; non
posuisti eis misericordias. sup̄ senem adgrauasti iugum tuū ualde. & dixisti; in
sempiternum ero domina; Non posuisti haec sup̄ cor tuum. neq; recordata es
nouissimi tui. 7 Lxx; Qui eruit te dñs sabaoth. nomen eius sc̄s isrl̄; sede con
puncta. Ingredere intenebras filia chaldeorum. nequaquā ultra uocaberis
fortitudo regni; iratus sum contra populum meū. Contaminaui hereditatem
meam; ego dedi eos in manum tuam. tu uero non dedisti eis misericordiam. se
nes adgrauasti iugum ualde. & dixisti. in aeternum ero domina; Non intellexisti
haec in corde tuo. neq; recordata es nouissimorum. 7 Primus uersus iuxta lxx.
cum superiorib; copulatur; ut sit sensus; & haec faciet qui eruit te dñs sabaoth.
nomen eius sc̄s israhel. 7 Porro iuxta hebr̄icum. ex p̄sona populi propheta lo
quitur. qd haec fecerit contra babilonem dñs exercituum. cuius nomen sit
sc̄s isrl̄; Rursum q; ad ipsam babilonem sermo dirigitur; sede tacens. siue con
puncta. & tuorum criminum recordare; Ingredere tenebras. quia praekon
fusione & ignominia lucem ferre non sustinens. nequaquā uocaberis non unius
regni. sed omnium regnorum domina; Simulq; quia occulta quaestio nasceba
tur. cur irascitur dñs aduersus chaldeos. quos ipse misit ad capiendum israhel.
Respondit iratum se contra populum suum. Corripere eos uoluisse. non p̄dere.
uerberare sed non occidere. Illos autem abusos. eē. crudelitate sua. & plus
inposuisse plagarum. quam dī ultio flagitabat; Magnumq; babiloniae
crudelitatis indicium. ē. nē senibus quidem pepercisse. quorum aetas etiā
inter hostes uenerabilis ē. 7 Sed & hoc signum superbiae. qd praesenti feli
citate decepta. futurorum non cogitauerit; Ambigua ergo semp̄ in prosperis
debemus cauere uentura. nec traditos nobis opprimere. quia ad hoc erudim
tur ut meliores fiant. 7

Et nunc audi haec delicata. & habitans confidenter. quae dicis in corde tuo.
ego sum & non ē. praeter me amplius. Non sedebo uidua. & ignorabo sterilitatē;

uenient tibi duo haec subito indie una. sterilitas & uiduitas. uniuersa uenerunt
 super te. propter multitudinem maleficiorum tuorum. & propter duritiam
 incantatorum tuorum uehementem. & fiduciam habuisti in malitia tua.
 & dixisti. non est qui uideat me. sapientia & scientia tua haec decepit te. & dixisti
 in corde tuo; ego sum & praeter me non est altera; ueniet super te malum. & nesci
 es ortum eius. & intruet super te calamitas. quam non poteris expiare. ueniet
 super te repente miseria quam nescies. 7 Duo simul ueniunt babiloniae. &
 sterilitas & uiduitas. ut nec filios habeat. id est subiectos sibi populos. nec uirum
 quem regem possumus intellegere. quae dum non superat repente sustinuit;
 Neque enim poterat arbitrari. quod persae nullius ante fortitudinis eam citro reg
 nante superarent. & suae subicerent potestati; Quae pressa est inquit. non solu
 propter superbiam & abundantiam cunctarum opum atque delicias. sed & propter
 multitudinem maleficiorum tuorum & incantatorum tuorum. & in quibus ha
 buisti fiduciam. uenietque super te malum quod ante nesciebas. & cuius ignorabis
 ortum; Siue ut lxx. transtulerunt. ueniet super te perditio. & nescies foueam.
 & incidet in eam. atque cunctis gentibus parabas captiuitatis malum. ipsa incidat
 in foueam quam paraasti; Quae perspicua sunt. cito sermone transcurramus. 7
 Sta cum incantatoribus tuis. & cum multitudine maleficiorum tuorum. in quibus
 laborasti ab adulescentia tua. si forte quid prosit tibi. aut si possis fieri fortior.
 defecisti in multitudine consiliorum tuorum; Stent & saluent te augures caeli.
 qui contemplantur sidera. & supputabant menses. ut ex eis adnuntiarent
 uentura tibi; Ecce facti sunt quasi stipula. ignis conbussit eos; Non liberabunt
 animam suam de manu flammae. non sunt prunae quibus calefiant. & focus ut
 sedeat ad eum; Sic facta sunt tibi. in quibus cumque laboraueras; Negociatores
 tui ab adulescentia tua. unusquisque in uia sua errauerunt. non est qui saluet te. 7
 lxx. Sta nunc in incantatoribus tuis. & in multis maleficis tuis. in quibus discebas ab
 adulescentia tua. si prodesse tibi possent. & laborasti in consiliis tuis; stant & sal
 uant te. faciant astrologi caeli. qui contemplantur stellas. adnuntient tibi quid
 uenturum sit super te; & ecce omnes quasi figura in igne conburitur. & non eruent
 animam suam de flamma. quia habes carbonem ignis. sedebis super eos. hi erunt tibi
 in adiutorium. laborasti in commotione tua ab adulescentia. homo in semet
 ipso errauit. tibi autem non erit salus. 7 Habuisse babilonem omnem incanta
 torum. & augurorum. aruolorumque. & gazerenorum studium. quos nos aruspices
 appellamus; Danhelis prophetae lectio probat. quae adeorum consilium cuncta

reges babilonios fecisse commemorat. Pro eo quoque quod nos iuxta firmachum
 & theodotionem interpretati sumus: stent & saluent te augures caeli. lxx. manifes-
 tius transtulerunt; stent & saluent te. faciant astrologi caeli. qui uulgo appellantur
 mathematici. & ex astrorum cursu lapsuque siderum. res humanas regi arbitrantur.
 Unde & magi ab oriente uenerunt. domini stellam se uidisse dicentes. uel ex astis scientia.
 uel ex uaticinio balaam prophetae sui. qui innumeris dixerat; Orietur stella ex
 iacob. & homo in israhel. Isti igitur qui supputant menses. annosque dinumerant. & ho-
 rarum momenta librantes. futurorum scientiam pollicentur. dicant tibi quid super te
 dominus cogitauerit; illisque tacentibus; quid futurum sit propheta respondit; Ecce facti sunt
 quasi stipula. ignis deuorauit eos. & qui salutem alius promittebant. sua ignorabant
 supplicia; nec dubium. quin ardente urbe. habitatores eius uorax flamma consumpse-
 rit; Quodque sequitur: non sunt quibus calefiant. nec focus ut sedeant ad eum. Sic he-
 brei edisserunt. nullam habent caloris scientiam in luminantem sensum. qui eorum tene-
 bras possit discutere. & frigus erroris expellere; Pro quo nescio quid uolentes. lxx.
 transtulerunt. habes carbonem ignis. sedebis super eos. hi erunt tibi in adiutorium;
 Nisi forte possum hoc dicere. quod multo utilior sit ignis. & incendium babilonis. quam
 fuerunt magi & gazere astrologi & incantatores; hic enim eos pro poenas atque supplicia
 ad poenitentiam prouocat. illi per errorem ducunt ad superbiam; Omnis labor eius
 & negotiatores illius. quos magos intellegimus. hoc profecit ut unusquisque sua erra-
 ret uia. & ipse perditus salutem alteri non preberet; Interrogemus eos qui diuer-
 sas asserunt naturas esse. utrum babilon malae naturae sit an bonae; Si malae
 dixerint. quod eos responsuros non dubium est. quomodo prouocatur ad poeni-
 tentiam; dicitur ei. sede conpuncta. intra intenebras filia chaldeorum; ac de
 inceptis. post dinumerationem peccatorum & criminum; habes carbonem ignis.
 sedebis super eos; hi erunt tibi in adiutorium; & quid tibi uelit. quod inferatur
 iuxta eosdem. lxx. laborasti in commotatione ab adulescentia. Quae ista est. com-
 motatio. utique de bono ad malum. Ex quo perspicuum est. natura bonos. uoluntate
 malos fieri; Denique inferatur; homo in semetipso errauit. non natura sed mentis
 Audite haec domus iacob. qui uocamini nomine israhel. de aqua iuda existis. ^{arbitrio;}
 qui iurastis in nomine domini & dei israhel; Recordamini non in ueritate neque in iustitia;
 Deciuitate enim sancta uocati sunt. & super dominum israhel stabiliti sunt. dominus exercituum no-
 men eius. Haec chaldeis & babilonis uentura praedixi. & necesse est quod
 per prophetas meos locutus sum. rebus compleri. Tu autem domus iacob. qui uo-
 camini nomine israhel. & qui de aqua iuda existis. & cetera quae sequuntur. audi

adtentius quae dicturus sum; & notandum quod nequaquam eos appelle & iacob
sed domum iacob; nec isrl qui hoc falso appellatur nomine; cum opus non habeat
nominis; et de aquis inquit iuda existis. **CEX MONUC** aquam uocatis pro semine.
ut nequaquam eos uirtutum patriarcharum filios ostenderet. eē. sed carnum.
Et recte aquas iuda appellauit; quia sola tunc in terra iudae adhuc p̄manebat
tribus; & semen dauid illo tempore regium seruatur; Qui iurastis in nomine dñi
ut honoretis dñm. sed ad sumpto nomine facitis iniuriam. dum eum testem ur̄i uul
tis eē. mendacii. & requiescitis in sc̄a ciuitate. & sup̄ domum isrl̄ in nitimini. ut
iactetis uos habitatores ur̄bis eē. hierusalem. & dñm sabaoth habere priuilegium.
cum cassa iacob & hierusalem ur̄bis sc̄ae. & dñi omnipotentis ad sumatis uocabula. 7

5 **P**riora extunc adnuntiaui. & ex ore meo exierunt. & audita feci ea. repente opera
5 tussum & uenerunt; Sciu enim quia durus es tu. & neruus ferreus ceruix tua. & frons
5 tua aenea; praedixi tibi extunc. ante quam uenirent indicaui tibi; ne forte diceres.
5 idola mea fecerunt haec; & scultilia mea & conflatilia m̄ndauerunt ista quae
5 audisti; Uide omnia. uos autem non adnuntiaistis; audita fecit tibi noua extunc.
5 & conserua quae nescis modo creata sunt. & non extunc. aperta. ē. auris tua; Scio
5 enim quia praeuaricans praeuaricaberis. & transgressorem ex uentre uocauite;
5 propter nomen meum longe faciam furorem meum. & laude mea infrenabo te
5 ne inter eas; ecce excoxi te sed non quasi argentum; elegi te in camino paupertatis.
5 t̄is. propt̄ me faciam ut non blasphemet. & gloriam meam alteri non dabo. 7

lxx **P**riora adhuc adnuntiaui. & de ore meo egressa sunt. & auditum factum ē. subito
5 feci & uenerunt; Scio quia durus es. & neruus ferreus collum tuum. & frons tua
5 aenea; & adnuntiaui tibi olim. ante quam uenirent sup̄ te auditum; ne forte
5 diceres. quia idola mea fecerunt. scultilia & conflatilia m̄ndauerunt mihi;
5 audistis omnia. & uos non cognouistis. sed & audita feci tibi noua extunc quae
5 futura sunt. & non dixistis. nunc fiunt & non olim & non priorib; dieb; Ne dicas
5 etiam noui ea. neq; nosti. neq; scis. neq; a principio aperui aures tuas; Scio enim
5 quō p̄uaricaberis. & iniquus adhuc ex utero uocaberis. propter nomen meum osten
5 dan tibi furorem meū. & gloriosa n̄ea inferam super te ut non interficiam; Ecce
5 uendidite non propter argentum. erui autem te de fornace paupertatis; propter
5 me faciam. quia nomen meum polluitur. & gloriam meam alteri non dabo. 7

Praedicabo tibi. babilonios amedis persisq; superandos; & repente faciam quod mina
tus sum. ne cum uenerint quae praedicta sunt. uel deorum nutu quos colis. uel
fortuitu ea aestimes accidisse; Nec iacto scientiam futurorum. sed ob utilitatem

tuam loquor. cuius cor incredulum. & ceruicem ferream. & frontem aeneam ab initio esse cognoui. Ecce audisti omnia quae uentura sunt. & non celas silentio ueritatem. Nec narro praeterita. in quibus sepe mea potentia probata est. quomodo eduxerim populum de aegypto. aegyptios in mari submerserim rubro. terram repromissionis tradiderim. gentes uobis uarias subiugauerim. Sed noua quae contra babylonem facturum sum nuntio. ut impudens oris tui mendacium confundatur. qui adseris te scire quae nescis. Ab initio enim meorum praedicatorum mandatorum. & de uentre transgressorem uocauit te deus. quando de aegypto liberatus. quasi meo uentre conceptus es. & educatus. & eruditus. caput bouis aegypti desiderasti dicens. hi sunt dii tui israhel. qui eduxerunt te de terra aegypti. Non igitur tuo merito. sed mea misericordia furorem distuli. ne penitus interires. & oblaudem nominis mei infrenabo te. ut me quasi iumentum. & infrenis equus sequaris inuitus. Ecce excoxi te. id est probaui quomodo conflatur argentum. siue non in diuitiis. sed in fornace paupertatis probare te uolui. Ex quo ostenditur. & diuitiis & paupertate plerosque temptari. si aut illis male abutuntur. aut penuriam nequaquam uirtutes sustineant. Propter me ergo faciam. ne blasphemetur nomen meum in gentibus. & putent uos non mea ira. sed idolorum suorum auxilio esse superatos. Quodque infert. gloriam meam alteri non dabo. Ostendit se alteri iam dedisse. Alteri enim. ad distinctionem prioris dicitur. Sed plerique nostrorum. ut iuxta lxx. interpretes pauca pstringam. de xpi aduentu autumant prophetari. quod repente ueniat superatus. & durissimo populi sui monstret praesentiam. cui numquam deus aures aperuerit. quia incrassatum fuerit cor eius. & auribus suis grauitur audierunt. Statimque ut dominus de uirginali profusus est. transgressor & iniquus sit appellatus. quaerens eum interficere. Quodque iungit. propter nomen meum ostendam tibi furorem meum. & gloriosa mea inducam super te. Sensu abutitur apti. siue ap^ts. De hoc loco paulus sumit testimonium. ut reuelaretur ira dei ad terrendos eos qui peccant. Et postea conuersis gloria prebeatur. & ecce ait uendidite. non in pecunia sed in peccatis tuis. & erui te de fornace paupertatis. Propter quod & salomon diuitias & paupertates non uult habere. sed tantum necessaria postulat. ne aut illis eleuetur cor eius in superbiam. aut in ista compellatur quod uult facere. & dominum pressus inopia blasphemare. Vnde & apostolus. habentes inquit uictum & uestimentum his contenti simus.

Audite me iacob. & israhel quem ego uoco. ipse ego primus. ego nouissimus. manus quoque mea fundauit terram. & dextera mea mensa est caelos. ego uocaui eos. & stabunt simul. congregamini omnes uos & audite. quis ex eis adnuntiauit haec. dominus dilexit eum.

faciet uoluntatem suam in babilone. & brachium suum in chaldeis; ego locutus sum
& uocaui eum. & adduxi eum. & directa est uia eius; Accedite ad me. & audite hoc; non
a principio in abscondita locutus sum. ex tempore antequam fieret ibi eram. Et nunc
dominus deus misit. & spiritus eius. **Lxx;** Audite iacob. & israhel quem ego uoco. Ego sum pri-
mus. & ego in sempiternum. & manus mea fundauit terram. & dextera mea firmauit
caelum; uocabo eos & stabunt simul. & congregabuntur omnes ut audirent. quis ad-
nuntiavit haec; Diligens te feci uoluntatem tuam super babilonem; Et ait auferrem
semen chaldeorum. ego locutus sum. & ego uocaui. adduxi eum. & prosperum feci uiam
eius; adducite ad me. & audite hoc; Non a principio in abscondito locutus sum. quando
fiobat ibi eram; Et nunc dominus deus misit me. & spiritus eius. Quibus ante iam dixerat. audite
haec domus iacob. qui uocamini nomine israhel. & de aquis iuda existis. nunc ad eosdem
loquitur; Audite me iacob. & israhel quem uoco; Multi enim uocati. pauci electi; Unde
non eos electos. quia nec dum receperunt saluatorem. sed uocatos nuncupat; Ego
sum inquit. a. & w. primus & nouissimus. qui uiuo & fui mortuus. ut uitam ad prin-
cipium referas. nouissimus ad eum qui mortuus est. qui ex inaniuit formam serui
accipiens. & factus oboediens patri. humiliavit se ipsum usque ad mortem. & mortem
crucis. Manus mea fundauit terram; Unde & in prouerbis dicitur; Deus sapientia
sua fundauit terram. & dextera illius mensa est. siue firmauit caelos. uel caelum
ut **Lxx.** transtulerunt; Uocat autem caelos. ut eius pareant iussioni. & enarrent
gloriam eius. Si autem caeli oboedient domini uoluntati. & suo currunt ordine. quid glo-
riatur terra & cinis. & ignorant fragilitatem suam. Congregamini omnes uos & au-
dite. uel caeli. uel uniuersa creatura. uel omnis multitudo israhel. Quae sunt quae iu-
bentur audire. quod dominus dilexerit eum. haud dubium certum clarumque significat. qui
fecit uoluntatem domini contra babilonem. & brachium suum exercuit in chaldeis;
Et ipse locutus est. & uocauit eum nomine suo. & adduxit eum & directa est uia eius.
ut nullus uiribus eius auderet resistere; Unde prouocat eos ut accedant & audiant.
& domino predicante cognoscant uenturum esse. regem persarum atque medorum. qui
subruat babilonem deleatque chaldeos; Et ut haec adnuntiaret. dicit se propheta mis-
sum ad domino. & a spiritu eius. Hoc iuxta hebreos. & eorum opinionem. Ceterum iuxta
symmachum qui interpretatus est. quis ei adnuntiavit haec. quem dominus dilexit. qui
facit uoluntatem eius in babilone. & iuxta **Lxx.** ut auferat semen chaldeorum. ad
domini personam refertur. qui uere dilectus a patre est. & qui fecit omnem uoluntatem pa-
tris. & qui subuertit in babilone hoc est in confusione huius mundi. omne semen chalde-
orum. qui demones interpretatur. ipse locutus est. & audiuit filium. & adduxit illum.

qui loquitur ad credentes; uenite ad me omnes qui laboratis & onerati estis. & audite haec. quia a principio in abscondito locutus sum; hoc autem per enigmata & mysteria prophetarum. quod cunctis retro generationibus fuerat ignoratum. quando fiebant omnia a patre. ipse erat cum eo; Cui adgaudebat qui etiam nunc dicit; ego qui semper eram cum patre & in patre. & sine patre numquam eram. etiam nunc loquor. & iuxta fragilitatem adsumptae carnis dico. quod dominus deus miserit me. & spiritus eius; Breuique uersiculo. trinitatis nobis ostenditur sacramentum;

Haec dicit dominus redemptor tuus. sanctus israel. ego dominus deus tuus. docens te utilia. gubernans te in uia qua ambulas; utinam adtendisses mandata mea. facta fuisset sicut flumen pax tua. & iustitia tua sicut gurgites. & fuisset sicut harena semen tuum. & stirps uteri tui ut lapilli eius. non interisset. & non fuisset attritum nomen eius a facie mea. Lxx;

Qui israeli futura promisit; reddidit causas quare prius adfluxerit. quas uita uerit nequaquam similia patiatur; Si inquit attendisses mandata ut lxx. transtulerunt. uel certe optauit affectu. utinam attendisses mandata mea; quod si fecisses. fuisset sicut flumen pax tua. & iustitia tua sicut gurgites maris. abundantiam tuam. omnium rerum copiamque significans; Quodque sequitur. & fuisset quasi harena semen tuum. & stirps uteri tui ut lapilli eius. uidetur quidem permanere in populo iudaeorum. qui usque in presentem diem. instar uermiculorum pululant filios & nepotes; Sed quomodo hoc in promissione accipiendum est. cum pacem iustitiamque non habeant. Aut enim iratus es. aut placatus; Si iratus. quomodo semen eius cotidie multiplicabitur; Si placatus. quomodo serunt & pacem iustitiamque non possident. Ex quo perspicuum est. de apostolico dici nunc semine. de quo & supra legimus; Nisi dominus sabaoth reliquisset nobis semen. quasi sodoma fuisset. Quod quia illo tempore nequaquam uidetur expletum. in christi completur aduentu. & ante faciem illius semen permanet israelis.

Egredimini de babilone. fugite de chaldeis. in uoce exultationis & nuntiate. auditum facite hoc. efferre illud usque ad extremum terrae. & dicite. redemit dominus seruum suum iacob. non sitierunt in deserto cum educeret eos. aquam de petra produxit eis. & scidit petram. & fluxerunt aquae. non est pax dicit dominus impiis. Qui supra in eo loco ubi scriptum est. ego locutus sum & uocaui eum. & eduxi eum. & directae uiae eius. super erro darioque intellegunt. etiam ad haec illius referunt tempora. quando egressus est populus de babilone. & fugit de chaldeis. & redemptus est. ad domino suo. hoc quoque quod non sitierunt in deserto cum educeret eos. aquam de petra produxit eis. & scidit petram. & fluxerunt aquae. licet & phisorian expletum docere non ualeant. neque sub Zorobabel & esdra

uenerunt p̄ desertum. & scissa petra pr̄buit eis aquas. qđ de aegipto exeuntibus
accidisse narratur. Tamen hiperbolicæ insimilitudinem prioris felicitatis imple
ta testantur. Per quod desertum nationum uenerunt in iudaeam. & decaptiuitate
sunt liberati; Et ut sciamus inquit non eē. de xp̄o. sed de cetero prophetatum. iungitur;
Non eē pax impius dicit dñs; & esse sensum; p̄fecta felicitas non erit nisi sub xp̄o. quod in
ultimo tempore seruat. Porro qui & uerius & rectius haec referunt ad saluatoris ad
uentum. De quo dicitur. adnuntiare pauperib; misit me. praedicare captiuis remissi
onem. Cohortationem eē. intellegunt eorum. qui euangelium adnuntiant ipsius dñi
saluatoris. Ut egrediamur de babilone. id est confusione huius mundi. & fugiamus chal
deos de quib; crebro dictum eē; Redemit enim dñs seruum suum iacob pretiosissimo
sanguine suo. & adduxit p̄ desertum sc̄ti. aquas sc̄dit de petra; sup̄ qua & apostolus
loquitur; Petra autem erat xp̄s. Sc̄nditur autem sermo diuinus. & in multas partes
diuiditur. Ut quem totum suscipere non possumus. sumamus in partibus; Ac ne puta
retur p̄dicatio dici. Omnis enim iacob. & non his tantum qui p̄ apostolos credituri sunt.
fertur & iungitur; non eē pax impius dicit dñs. illis uidelicet qui in errore pristino
p̄ manserunt. qui non meruerunt bibere de petra; Cuius ut noue loquar latus lancea
uulneratum. aquis fluxit & sanguine. baptismum nobis & martirium dedicans.

xiii

Audite insulae. & attendite populi de longe; Dñs ab utero uocauit me. de uentre ma
tris meae recordatus eē. nominis mei; Et posuit os meum quasi gladium acutum.
in umbra manus suae protexit me. & posuit me quasi sagittam electam. In faretra sua
abscondit me. & dixit mihi; Seruus meus es tu isrl̄. qui in te gloriabor; Et ego dixi.
in uacuum laboraui. sine causa & uane fortitudinem meam consumpsi; Ergo iudicium
meum cum dño meo. lxx; Audite insulae & attendite gentes. post tempus multum
stabit dicit dñs dñs; De uentre matris meae. uocaui nomen meum. & posuit os meum quasi
gladium acutum. & sub protectione manus suae abscondit me; Et posuit me quasi sagit
tam electam. & in faretra sua abscondit me. & dixit mihi; Seruus meus es tu isrl̄. & in
te gloriabor; Et ego dixi. sine causa laboraui. in uanum & in nihili dedi fortitudinem
meam; propt̄ea iudicium meum addñm. & labor meus coram dño meo.

Scio & haec & inferiora quae diciturus sum. ad unius capituli intellegentiam pertinere.
& omnia ex p̄sona xp̄i debere accipi; sed nolui simul omnia proferendo. lectoris onerari
sensum. & quod p̄ partes facilius disci potest. magnitudine sui confundere; unde & utrumq;
posui. ut qđ in altero uidetur obscurum. alterum lectione referetur. Post uocationem
ergo reliquiarum isrl̄. & abiectioem in incredulitate populi p̄manens. de quib; dixerat.
non eē pax impius dicit dñs. transiit ad ecclesias de gentib; congregatas. & eis sub insu

larum nomine loquitur: quae ita persecutorum insidias quasi maris fluctibus patent: & ex omni parte se ueniente naufragio tunduntur potius quam mouentur; Ac ne quis putare & uiolentam esse expositionem nostram & non ad gentes pertinere quod dicitur: sed ad synagogas populi iudaeorum: sequitur; & attendite populi siue gentes hoc est de longe ab extremis finibus terrae: uelut lxx transfulerunt; Post tempus multum stabit hoc est non hoc tempore quo dicuntur: sed post multa fiunt tempora. Dominus inquit ab utero uocauit me de uentre matris meae recordatus est nominis mei; Quod nunc interim audientibus uidetur obscurum: postea autem cunctis gentibus notum fiet: quando gabriel ioseph de partu dixerit uirginali: & uocabis eius ihesum: ipse enim saluum faciet populum suum. Posuit quoque os eius quasi gladium acutum. & ut spiritu oris sui interficiet impium; De quo gladio & ipse in euangelio loquitur; Non ueni pacem mittere super terram sed gladium: malos a bonis separans; Uenit enim diuidere hominem contra patrem suum & filiam contra matrem suam & nurum contra socrum suam. Et in umbra inquit protexit me manus suae: ut carnis utilitas diuinitatis potentia tegeretur. angelo adnuntians ad uirginem; Spiritus sanctus ueniet super te. & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Posuit quoque me sicut sagittam electam in faretra sua abscondit me. Quando dicit sagittam electam: ostendit habere dominum sagittas plurimas sed non electas. quae sagittae prophetae sunt & apostoli. qui in toto orbe discurrunt; De quibus & in alio loco canitur; Sagittae tuae acutae potentissime. populi sub te cadent; Et iterum sagittae potentis acutae cum carbonibus desolatoris; Christus autem de multis sagittis & filiis plurimis. una sagitta electa & filius unigenitus est: Quam in faretra sua abscondit. id est in humano corpore: ut habitaret in eo plenitudo diuinitatis corporaliter; Raraque est credentium fides; Cui & supra dicitur; Tu es deus absconditus & nesciebamus; Qua sagitta & sponsa uulnus accipiens in cantico canticorum. uulnerata caritatis ego sum; Et dixit mihi; seruus meus es tu israhel. quia in te glorificabor. seruus quia cum forma dei esse & formam serui est dignatus adsumere; & israhel qui natus de semine iudaeorum; quodque de nullo alio seruatorum intellegi potest iungitur. quomodo in te glorabor; Dicit enim & ipse in euangelio; Pater glorificaui nomen tuum: quia in psalmo loquitur ad filium; Exsurge gloria mea. exsurge psalterium & cithara. id est omnium uirtutum chorus; Dicente enim mihi pater ista quae retuli: ego respondi ei; Quomodo in me glorificatus es pater: qui in uacuum laboraui. & magnam partem populi iudaeorum ad te reuocare non potui; Haec autem uniuersa dicuntur. ut liberum hominis demonstraretur arbitrium; Deum enim uocare est. & nostrum credere; Nec statim si nos non credimus. inpossibilis deus est: sed potentiam suam nostrum arbitrio derelinquit: ut iuste uoluntas premium

consequatur; Quia ergo noluerunt p̄ me int̄ credere. iudicium meum apud te est. qđ omnia fecerim quae ei debui facere. dicens in euangelio; Ego te glorificauit super terram. opere completo qđ dedisti mihi ut facerem. Et iterum; Manifestaui nomen tuum hominib; . & opus meum siue labor & dolor meus. hoc enim significat ΠΟΠΟC. In conspectu tuo est; Fleuit enim & in euangelio hierusalem; & in psalmo ob incredulorum multitudinem. quodammodo frustra passum. ēē dicit; Quae utilitas in sanguine meo. dum descendo in corruptionem; Et iuxta hebraicum. pendens in cruce loquitur; Longe a salute mea. uerba lamentationum meorum.

Et nunc dicit dñs. formaui me ex utero seruum sibi. ut reducam iacob ad eum. & isrl̄ congregabitur; & glorificatus sum in oculis dñi. & d̄s meus factus est fortitudo mea; Et dixit. parum est ut sis mihi seruus. ad suscitandas tribus iacob. & facies isrl̄ conuertendas; Dedit te in lucem gentium. ut sis salus mea usque ad extremum terrae. lxx; Et nunc sic dicit dñs. qui formaui me ex utero seruum sibi. ut congregarem iacob ad eum. & isrl̄ congregabo. & glorificabor coram dño. & d̄s meus erit fortitudo mea; & dixi tibi. magnum ē. tibi ut uoceris puer meus. & suscites tribus iacob. & dispersionem isrl̄ conuertas; Ecce posui te in testimonium generis. in gentium lucem. ut sis salus usque ad extremum terrae. Dicente me. in uacuum laboraui sine causa. & uane fortitudinem meam consumpsi. quia iudaei credere noluerunt. & iudicium meum cum dño. ē. & opus meum qđ illo uidente compleui cum dño. Respondit mihi dñs. qui me formaui ex utero seruum sibi; Ex quo ostendit eum appellari seruum. qui sit formatus ex utero; Quia & in psalmo dicitur; De uentre matris meae. d̄s meus es tu; Quid ergo dñs dixit ei; ut reduceret iacob ad eum qui errauerat. quid deserto creatore idolis seruebat; Unde & ipse loquitur ad discipulos; in uiam gentium ne abieritis. & in ciuitatem samaritanorum non intraueritis. sed ite magis ad oues perditas domus isrl̄. Et in alio loco; Non ueni nisi ad oues perditas domus isrl̄. Haec igitur uoluntas patris fuit. ut pessimi uin̄tores missum filium & fructus uineae redderent. qui interficerent eum dicentes; uenite occidamus eum. & n̄ra erit hereditas. Et hoc ē. qđ nunc dicitur ad isrl̄; non congregabitur. id est non reuertetur ad dñm; Satisq; miror. quomodo uulgata editio. fortissimum contra iudaeorum p̄fidiam testimonium. alia interpretatione subuertit & dicens; Congregabor & glorificabor corā dño; & theodotio & simmachus. n̄rae interpretationi congruant; De aquila enim non miror. qđ homo eruditissimus hebraeorum. & uerbum de uerbo exprimens. in hoc loco aut simulauerit impertiam. aut phariseorum p̄uersa expositione deceptus. qui interpretari uoluit. & isrl̄ congregabitur hoc est dō; Cum uerbum hebraicum. in hoc loco

et uindictatores

non scribitur p̄ lemed. & uau. qđ si esset significaret ei uel illi. Sed p̄ lamed. & alaph. quod proprie sonat. non sonat; Quia igitur non ē. reductus iacob ad dñm. nec isrl̄ congregatus. propterea filius loquitur illis non credentib; glorificatus sum in oculis dñi; In me enim omnis mundus credidit. & dñs meus factus ē fortitudo mea. qui & consolatus ē. me. tristem abiectioe populi mei; Et dixit mihi. paruum ē. ut sis seruus mihi ad suscitandas tribus iacob. quae suo uitio corruerunt. & ad facies siue reliquias isrl̄ conuertendas; hoc enim uerbum hebraicum. n̄. surae sonat; Pro illis enim dedit in lucem omniū gentium. ut in lumines uniuersum mundum. & salutem meam p̄ quam omnes fiant salui. usq; ad extremae terrae facias puenire. Illud autem qđ in lxx. legitur. congregabor & glorificabor coram dño. sic intellegi potest. ut congregatus sit dñs cum ei credentibus; Quod q; sequitur. Dixit mihi. magnum tibi ē. ut uoceris puer meus. magnū referamus ad hominem. & ad puerum qui comparatione dī paruus est.

Haec dicit dñs. redemptor tuus isrl̄ sc̄s eius. ad contemptibilem animam. & abominatam gentem. ad seruum dominorum; reges uidebunt te & consurgent principes. & adorabunt propter dñm quia fidelis est. & sc̄m isrl̄ qui elegit te. lxx; Sic dicit dñs. qui eruit te sc̄s isrl̄. sc̄ificauit eum qui despicit animam suam. qui abominationi est gentium. qui seruus est principum; reges uidebunt eum. & consurgent principes. & adorabunt propter dñm quia fidelis est sc̄s isrl̄. & elegit te. Pro eo quod nos diximus. ad contemptibilem animam. & ad abominandam gentem. ad seruum dominorum. Theodotio transtulit. ei qui despicit animam. qui abominatio ē. genti. qui seruus ē. principum. Quod manifeste xp̄i personae conuenit; Ipse enim bonus pastor animam suam posuit pro ouibus suis. contempsit eum qui abominationi ē. genti iudaeorum; cui ter p̄ singulos dies sub nomine nazarenorum maledicunt in synagogis. qui seruus fuit principum. & tam humilis ut staret ante annam & caipham. & crucifigendus pilato & herodi mitteretur. Cui interpretationi aquila consensit; & ex parte. lxx; licet in eo mutauerint sensum & extenuauerint. protegente gentes. & pro seruo seruos interpretati sunt; Alii uero hoc dici arbitrantur ad gentem iudaeorum. quae contempsit animam suam. & abominationi est uniuerso mundo. & seruit principibus; De quibus scriptum est; qui deuorant plebem meam ut cibum panis; sed melior super xp̄o interpretatio. Quae igitur pater. redemptor quondam & sc̄s isrl̄ ad filium loquitur. Reges uidebunt & consurgent principes. & adorabunt quando uenerit in gloria patris cum angelis suis. & sederit in throno gloriae suae iudicans uiuos ac mortuos. tunc omnes adorabunt eum. propt̄ dñm patrem suum qui elegit eum; Siue ita intellegendum; reges quorum cor in manu ē. dī. & ecclesiae principes adorabunt te. quia fidelis est dñs sc̄s isrl̄. qui elegit te;

C

haec autem omnia ad eum refert. qui contempsit animam suam. qui abominatur
agente. qui seruus est principum.

xiiii

Haec dicit dñs; Intempore placito exaudi te. & in die salutis auxiliatus sum tui.
& seruaui te. & dedi te in foedus populi mei. ut suscitares terram. & possideres heredi-
tates dissipatas. ut diceret his qui uincti sunt ex te. & his qui in tenebris reuelamini;
in uuis pascentur. & in omnibus planis pascuae eorum; Non esurient neq; sitient.
& percutiet eos aestus & sol. quia miserator eorum reget eos. & ad fontes aquarum
portabit eos; Et ponam omnes montes meos in uiam. & semitae meae exaltabuntur;
Ecce isti de longe uenient. & ecce ab aquilone & a mari. & isti de terra australi; Laudate
caeli & exultet terra. iubilante montes laudem. quia consolatus est dñs populum suum.
& pauperum suorum miserebitur. Lxx; Sic dicit dñs; tempore oportuno exaudiui
te. & in die salutis auxiliatus sum tui; Et plasmaui te. Et dedi te in testamentum gentium.
ut constitueres terram. & possideres hereditates desertas. diceretq; his qui in uinculis
sunt ex te. Et qui in tenebris reuelamini; In omnibus uuis pascentur. & in omnibus se-
mitis pascua eorum; Nec esurient. neq; sitient. Neq; percutiet eos aestus neque sol.
Sed qui miseretur eorum consiliabitur eos. ad fontes aquarum ducet eos; Ponam que
omnem montem in uiam. & omnem semitam in pascua eis; Ecce isti de longe ueniunt.
isti ab aquilone & a mari. Alii autem de terra persarum; Laetamini caeli & exultet
terra. erumpant montes letitiam. quia misericors est dñs populi sui. consolatus est.
Hoc testimonio. apostolus paulus in secunda epistola ad corinthios usus est dicens.
Tempore oportuno exaudiui te. & in die salutis auxiliatus sum tui; Ecce nunc tempus
acceptabile. ecce nunc dies salutis. Si ergo uas electionis. ad primi aduentus refest
intellegentiam quae dicuntur. & nos sequamur expositionis eius uestigia. & in star
paruulorum. sup adumbratas lineas praeceptoris. litteras imprimamus. Tempus
placitum & oportuno. & dies salutis. passio saluatoris est. & resurrectio. quando
orabat in cruce; Dñs quare me dereliquisti; Et seruaui eum siue plasmaui.
morte superata. dedit in foedus populi iudaeorum. his uidelicet qui ex illis credere
uoluerunt. ut suscitaret terram quae in idolatriae iacebat erroribus. Et posside-
ret hereditates dissipatas siue desertas. quae habitatorem non habebant dñm; & dicit eis
qui erant in uinculis ex te. qui peccatorum uinculis stringebantur. quia funibus pec-
catorum suorum unusquisq; constringitur. Et qui erant in tenebris reuelamini.
qui sedebant in tenebris & umbra mortis lucem uidere non poterant; qui postquam
conuersi fuerint. & clarum xpi lumen aspexerint. pascentur in uuis. & in semitis scā-
rum scripturarum. dicens; Dñs pascit me & nihil mihi deerit. in loco pascuae ibi me

collocavit. super aquas refectiois educauit me. Qui autem in istius modi uis
atq; semitis pastus fuerit & nutritus. nec suriet nec sitiet. nec calorem sentiet
solis; & implebitur de illo quod scriptum est; Per diem sol non uret te. neq; luna per
noctem: ut nec aduersa nec prospera huius scilicet sentiant; Siquidem misericors
& miserator dñs. ipse consolabitur & reget eos. Et adducet ad fontes aquarum. siue
portauit illos ad fontes; de quib; scriptum est; Benedicite dño de fontibus israhel;
Et in alio loco; haurite aquas de fontibus saluatoris. Hi montes in ueteri & nouo
testamento sunt. Omniaq; offendicula credentium quae impedire gressus. dñs euer
tet in planum. Et excelsa humiliavit. atq; humilia sublimauit. ut iter planum
habeant atq; campestre; Qui sunt autem isti quib; praeparatur uia: ponit manifest
tius; Ecce isti de longe uenient. ecce illi ab aquilone & amari. Et isti de terra aus
trali. Quattuor plagas orbis ostendens. orientem. & septentrionem. occidentem
& meridiem; Pro oriente longe posuit. Pro australi plaga in hebreo legitur. simm;
qd. lxx. persarum interpretati sunt; Ceteri ita ut in hebreo legitur exprofferunt
simm. qd nos interpretati sumus ab australi. Illud suspicantes. qd mons sina in australi
parte positus sit. iuxta abbacuc prophetam; Dñs ab austro ueniet. & scilicet de monte
pharan umbroso condensio. Si autem simm. ut. lxx. transtulerunt. persas intelle
gimus qui ad orientem siti sunt. illud qd supra dicitur. ecce isti de longe uenient. ad
austrium referre poterimus; Praecipitur q; caelis & terrae. uel his uirtutibus quae
in caelo morantur & terra. uel angelis & hominibus. ut dñi concinant laudes. Et qui in
excelsis uirtutum positi sunt. mentis laetitia iubilo exultationis testentur. quia
consolatus est. dñs populum suum. qui ex iudaeis credere uoluerunt. Et pauperum
humilium q; suorum miseratus est. Siue omnis populi sui. qui de oriente. & occidente.
aquilone. & austro. ad eum uocatus est. non habens legem neq; prophetas. nec diuitias
spiritalis. sed desertus pauper & humilis. cunctis daemonibus sub iacebat.
Et dixit sion. dereliquit me dñs. oblitus est mei; Numquid obliuisci potest mulier in
fantem suum. ut non misereatur filio uteri sui; Et si illa oblita fuerit. ego tamen non ob
liuiscor tui; Ecce in manibus meis descripsi te. muri tui coram oculis meis semper
erunt; Structores tui qui te destruxerunt dissipauerunt. & exibunt a te; Leua in cir
cuitu oculos tuos & uide. omnes isti congregati sunt uenerunt tibi; Uiuo ego dicit dñs.
omnibus his uelut ornamento uestieris. & circumdabis tibi eos quasi sponsa. quia de
serta tua & solitudines tuae & terrae ruinae tuae. Nunc angustiauerunt praeha
bitatoribus. & longe fugabuntur qui absorbebant te; Adhuc dicunt in auribus tuis
fili sterilitatis tuae. Angustus mihi est locus. fac spacium mihi ut habitem; & dices in

5
5
5
5
5
5
5
5

corde tuo; quis mihi genuit istos. ego sterilis & non parturiens. trans migrata & captiua. et istos quis enutriuit. ego destituta & sola. et isti ubierant hic. 7
Lxx; Dixit autem sion; derelinquit me dñs. & dñs oblitus est mei; Numquid obliuiscitur mulier paruuli sui. ut non misereatur posteris uteri sui; Sin autem horum oblita fu- erit. sed ego non obliuiscar. tu dicit dñs; Ecce sup manus meas depinxi muros tuos. & coram me es. semper. Citoq; aedificaberis a quibus destructa fueras. & qui te dissi- pauerunt egredientur exte. 7 Leua in circuitu oculos tuos & uide. omnes isti congre- gati sunt & uenerunt; Uiuo ego dicit dñs. quia omnib; quasi ornamento uestieris. & circum dabis tibi eos quasi monile sponsa. deserta tua & dissipata. atq; corruerunt. quō nunc angustaaberis praehabitatoribus. & longe fiuit ate. quite humiliauerunt. dicunt enim in auribus tuis filii tui quos pdidisti. angustus mihi locus est. fac mihi lo- cum ut habitem. & dices in corde tuo; quis genuit mihi istos; Ecce absq; uberis & uidua. & istos quis enutriuit mihi. ego derelicta sum sola. & isti ubierant. 7

Hierusalem & sion. quattuor modis in scripturis scis debere intellegi. sepe memora- uimus; Uno iuxta iudaeos. quam plangit dñs in euangelio; hierusalem hierusalem quae occidis prophetas. & lapidas eos qui ad te missi sunt; Et in alio loco; cum uideris circum dari ab exercitibus hierusalem. tunc scitote quia adpropinquabit desolatio eius; Secundo. scōrum. ē. congregatio. qui in pace dñi. & in uirtutum specula constituti. recte appellantur sion. de qua dicitur; Fundamenta eius in montib; scis. diligit dñs portas sion sup omnia tabernacula iacob. 7 Neq; enim fundamenta iudaice sio μ quam uidemus esse destructam ad dño sunt dilecta. aut quod ad dño dilectam distruui potuit. 7 Tertio appel- latur hierusalem multitudo angelorum. dominationum & potestatum. & omne quod in dī ministerio constitutum est. 7 De qua hierusalem & apostolus loquitur; quae autem sursum. ē. hierusalem libera. ē. quae. ē. mater omnium nrōrum; Et in alio loco. sed accessistis ad sion montem. ad ciuitatem diuuentis hierusalem caelestem. 7 Quarto appellatur hierusalem. quam iudaei & nrī iudaizantes. iuxta apocalipsin iohannis quam non intellegunt. putant auream atq; gemmatam de caelestibus ponendam. cuius terminos & infinitam latitudinem. etiam in ezechielis ultima parte describit. 7 Quae cum ita se habeant. nunc diligentius intuendum est. quae ex quattuor dixerit sion. Dereliquit me dñs & dñs oblitus est mei; Nec dubium. ē. quin congregatio scōrum quae prior fuerat in iudaeis & ad dño derelicta. ē. Ista commemoret. & uoce lacrimabili con- queratur se. ēē. desertam. & dñi auxilio destitutam; Cui respondit dñs. naturali utens similitudine. si potest fieri ut mater sui obliuiscatur infantis. & ad partem uiscerum suo- rum inflectatur misericordia. Et ego obliuiscar tui; plus aliquid dicam; & si illa oblita

fuerit. uincens mentis duritia iura naturae. ego tamen non obliuiscar creaturam meam.
 & sanctorum animas semper in meo corde retinebo. Scito enim. quae te arbitraris penitus
 derelictam. in meis descriptam esse. te manibus atque depictam. & muros tuos coram oculis
 meis iugiter permanere. Ex quo discimus. nequaquam hierusalem in palestinae regione
 quaerendam. quae totius prouintiae deterrima est. & saxeis montibus asperatur. & penu-
 riam patitur sitis. ita ut caelestibus utatur pluuiis. & raritate fontium. cisternarum
 exstrukione saluetur. sed in dei manibus. Ad quam dicitur; festinauerunt structores
 tui; Siue iuxta lxx; cito aedificaberis a quibus destructa fueras. A iudaeis enim
 destructa. a iudaeis aedificata est; quae ob culpam scribarum phariseorumque deserta.
 ad praedicationem apostolorum christi congregata est. tam de iudaeis quam de gentibus.
 Sequitur; Et qui destruxerant & dissipauerunt. egredientur ex te doctores pessimi. ut
 nequam & mandata & traditiones sequaris hominum. sed legem dei; Diciturque ad eam
 ut eleuet oculos suos in circuitu. & uideat filios qui ei fuerunt congregati; De quibus & dominus
 loquebatur; Leuete oculos uros & uidete. quia iam alba est segetes ad metendum.
 ut securus nos faciat; quod inquit dominus. quod iuxta uetus testamentum iurandi dicitur
 consuetudine. Quia omnibus his uelut ornamento uestieris. & circumdabis tibi eos.
 quasi sponsa circumdat monile sibi. Felix qui tanti meriti est. tantaque uirtutis. ut
 ornamentum dicatur ecclesiae; Puta autem diuersas significari gratias spirituales.
 per quas sponsae ornatur ambitio; De qua in xlmo. psalmo canitur; Adstitit regina
 ad dextris tuis. in uestitu de aurato. circumdata uarietate. Quae enim prius deserta
 fuerunt. & delapsa in solitudines & ruinas. adueniente christi euangelio instaurabuntur.
 & tantam habebunt habitatorum multitudinem. ut eos accipere non possint; Ita dum
 taxat persecutores fugentur procul. uel hi de quibus supra diximus. qui destruebant te
 & dissipabant exhibunt ate. filii sterilitatis tuae quos putabas penitus perdidisse.
 & illis aestimo. uiduatum. dicunt in auribus tuis. angustus est mihi locus in synagogis.
 fac mihi spatium in ecclesiis ut habitem latius. ut non conprimar blasphemus iudae-
 orum. ut totum orbem tua mecum capiat latitudo; Tu autem laetitiae magnitudi-
 nem non ualens ore proferre. in tuo corde tacita cogitabis & dices; quis mihi istos
 genuit; Ego eram sterilis & uidua. deserta atque captiua. in populo iudaeorum. filios
 habere desideraueram. multo tempore non pepereram; Post aggeum & zachariam
 & malachiam. nullos alios prophetas usque ad iohannem baptistam uideram. Et quo
 modo quae fueram sola & uiri auxilio destituta. tantos filios habere nunc coepi.
 Ut autem sciamus super petram & fundamentum christi. ex utroque populo aedificari sion.
 ad credentes paulus apostolus loquitur; Aedificati supra fundamentum apostolorum

& prophetarum. ipso summo angulari lapide qui est. xps ihs. Ex quo perspicuum est.
unum esse fundamentum apostolorum & prophetarum. dnm nrm ihm xpm.

Haec dicit dñs dñs; Ecce ego ad gentes eleuo manum meam. & ad populos exaltabo signum meum. & auferent filios tuos in ulnis. & filias tuas in humeris portabunt. & erunt reges nutrices tui. uultu dimisso in terram adorabunt te. & puluerem pedum tuorum lingent. & scies quia ego dñs. sup quo non confundentur qui expectant eum.

Lxx; Sic dicit dñs dñs; Ecce eleuo sup gentes manum meam. & sup insulas leuo signum meum. Adducent filios tuos in sinu. & filias tuas in humeris portabunt; Et erunt reges nutricii tui. & principes feminae nutrices tuae. sup faciem terrae adorabunt te. & puluerem lingent. & scient quia ego dñs. & non confundentur qui expectant eum.

Ad id quod ecclesia dixerat. ego sterilis atq; captiua. istos quis genuit mihi. ego destituta & sola. & isti ubi hic erant. respondit dñs; Miraris cur ista sint facta. nequaquam miraberis cū audieris. quia ego ad gentes lauauerim manum meam. De qua scs loquitur; Et posuisti sup me manum tuam; Et ipse saluator; Nemo potest rapere de manu patris mei.

Et apostolus iacobus; humiliamini sub potentissima manu dñi; ut uos exaltet in tempore uisitationis; Ista manus ad gentes eleuata. ipsa est. de qua hic idem propheta loquitur; Erat radix iesse. qui exsurget ut princeps sit gentium. in ipso gentes sperabunt.

Nec solum manum suam eleuauit ad gentes. sed signum suum exaltauit in populis. haud dubium quin uexillum crucis. ut impleatur illud qd scriptum est; Laude eius plena est terra; Et iterum; In omni terra admirabile nomen eius; Tunc auferent in ulnis. siue in sinu filios sion. & filias eius portabunt in humeris; Qualis fuit & lazarus. omnesq; scs qui requiescunt in sinu abraham. Et animae credentium. ad quos paulus apostolus loquebatur; Lacte uos potaui; Et alibi; filioli mei quos iterum parituro. donec formetur xps in uobis; Et in alio loco; Quasi nutrix confoueat filios suos. sic desiderantes uos cupimus impertire uobis. non solum euangelium xpi. sed animas nras; Alioquin ridiculum est. more iudaico grande uos filios & filias in ulnis humerisq; portare.

Reges autem nutricii & reginae principesq; nutrices. manifeste apostolos & apostolicos ostendunt uiros. Qualis fuit & abraham ad quem dicitur; Rex ad o tuum in nobis est. & quorum cor in manu dñi est; Qui dicunt credentibus. quasi modo nati paruuli rationabile & sine dolo lac concupiscite; Principis quoque id est ^{epi} apxopoca quod sarraceno nomen sonat. Et reginae siue regina. de qua in psalmo quadragesimo quarto canit. Adstitit regina ad dextris tuis. In uesit aureo aurato. Cotidie xpi nutrit paruulos. & ad perfectam ducit aetatem. Omnisq; aetas sexus & dignitas adorabunt sion. propter eum qui habitat in ea; si enim caput ecclesiae est xps. caput adoratur

in corpore; Et si ad quosdam dicitur. **n. i.** exaltate dñm dñm nr̄m. & adorate scabellum
 pedum eius; Non quod scabellum adorandum sit. sed quo maiestas xp̄i corpus amplectitur.
 ut impleatur illud qđ scriptum est in isoffonia; adorabunt eum singuli de loco suo. omnes
 insulae gentium; Ut nequaquam more iudaico tribus p̄ annum uicibus ueniunt in hieru
 salem. sed in loco suo adorantes dñm possideant hierusalem; Quodq; sequitur. Et pul
 uerem pedum tuorum lingent. hoc significat qđ reges & principes. quicquid in pedibus
 ecclesiae terreni operis adhaerit. suo sermone tergant atq; delingant; Unde & aposto
 lis praecipitur. ut excutiant puluerem pedum suorum; Et ad petrum dicitur. quod qui
 semel lotus sit. non habeat necesse nisi pedes lauare; p̄ quae omnia discit ecclesia. non
 eē alium dñm. praeter quem qui expectauerūt aeternam gloriam possidebunt. 7
 Numquid tolletur a forte preda. aut quod captum fuerit a robusto saluum eē poterit;
 quia haec dicit dñs. equidem captiuitas a forte tolletur. Et quod ablatum fuerit a robusto
 saluabitur; Eos uero qui iudicauerunt ego iudicabo. & filios tuos ego saluabo. & cibabo.
 hoc est uos carnis; suis & quasi musto sanguine suo inebriabuntur; Et sciet omnis caro.
 quia ego dñs saluans te. & redemptor tuus fortis iacob. lxx; Numquid accipiet quis
 a gigante spolia. & si captiuos duxerit. quis inique saluabitur. sic dicit dñs; si quis gigan
 tem coeperit. accipiens spolia. & accipiens saluabitur; ego autem iudicium meum iudi
 cabo. Et ego filios meos eruam. & comedent qui tribulauerint te carnes suas. & bibent
 quasi uinum nouum sanguinem suum & inebriabuntur. & sciet omnis caro. quia ego
 dñs qui erui te. & adiutorium fortitudinis iacob. 7 Dñs nr̄ atq; saluator. qui prius
 locutus fuerat p̄ esaiam. ipse in euangelio eundem sensum repetit; Quomodo potest
 aliquis in domum fortis intrare. & uasa diripere. nisi primum ligauerit fortem. & tunc
 domum diripiet; & fortis & gigans diabolus est. qui omnes gentes subiugauit imperio.
 audens dicere saluatori; haec omnia mihi tradita sunt. et dabo tibi si procidens ad
 oraueris me. 7 Mundus enim in malo ligno eē. positus. quem nullus iustorum uincere po
 tuit. nec iuxta amos p̄dam de ore leonis auferre. 7 Proposita igitur quaestione. qđ
 nullus possit fortem & gigantem uincere. nec saluare qđ ab eo raptum erat. respondit
 dñs. suo aduentu omnia p̄petranda. Quod scilicet & captae prius gentes a gigante tollan
 tur. & omnis illius suppellex uniuersaq; familia apostolis diuidatur. impleto illo
 qđ scriptum eē; Rex uirtutum dilecti. & species domus diuidere spolia; Iste enim
 qui ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem. dedit dona hominibus. eos uide
 licet qui prius captiui erant in mortem. cepit in uitam; Unde manifestius interpre
 tatus eē. simmachus; Sed & captiuitas fortis auferetur. & rapina horribilis salua
 erit; fortem atq; horribilem. diabolum uolens intellegi. qui dñm uirtute superatus est;

Ergo dñs iudicatis eos qui oppresserunt de sion: siue iudicatis iudicium eius: liberabit filios illius qui capti fuerunt agigante atq; saluauit. & aduersas potestas cibabit carnibus suis. & inebriabit quasi musto. ut nequaquam aliorum nece. sed sua morte saturentur. Et qui carnis sunt quia dñi spm pdiderunt suis uescantur carnibus. Quod quidem & scs loquitur in psalmo; Cum ad propinquarent mihi qui adfligebant ut comederent carnes meas. Non enim sps qui incorporalis e. sed caro comeditur. ferocium bestiarum morsib; patens; Et tunc discet sion. Immo omnis caro que uidebit salutare dñi. qd redemptor atq; saluator eius ille sit. qui luctatus e. cum iacob. uel auxiliator fuit uirtutis iacob. ut passione superatus crucifigentibus benediceret; pater ignosce eis. quod enim faciunt nesciunt.

Haec dicit dñs; quis e. liber repudi matris urae. quo dimisi eam. aut quis creditor meus cui uendidi uos; Ecce in iniquitatibus uris uenditi estis. & sceleribus uris dimisi matrem uram. quia ueni & non erat uir. uocauit & non erat qui audiret.

lxx; Sic dicit dñs; qualis e. liber repudi matris urae quo dimisi eam. aut cui creditori exactori meo uendidi uos; Ecce a peccatis uris uenundati estis. & iniquitatibus uris dimisi matrem uram. quia ueni & non erat homo. uocauit & non erat qui oboediret.

Post uocationem gentium. & reges ac principes. nutricios & nutrices. & captiuitatem fortis prius atq; robusti. cum preda apostolis distributa est. & post demonum uesaniam. qui suis saturati carnibus suoq; inebriati sanguine. quando omnis cogitauit caro. quod redemptor ac fortis ipse eet. dñs iacob. loquitur ad populum iudaeorum. sup sion quae prius dixerat. dereliquit me dñs. & dñs oblitus est mei; Putatis mea duritia matrem uram terrenam hierusalem. ee. pro iectam. Et qd ego mentis rigidae dederim ei libellum repudi ostendere. non potius qd uerum e. intellegitis. illam suo a me uitio recessisse. Dicente enim me ad eam. quiescite inique agere. discite bene facere. Audire me noluit. sed uertit contra me scapulam recedentem; Unde locutus sum filius eius. uae illis quo recesserunt a me; Manifesti sunt qui impie egerunt. & ad ipsam erudiet te abscessio tua. & malitia tua corripiet te. & scies quo malum tibi sit qd reliqueris me. sed forsitan libellum repudi ostendere non potestis. & aliquis creditor meus exigens pecuniam. me non habente qd redderem. uos indebiti compensatione suscipit; Non ita. sed ego ostendam uobis. quam obrem cum fidelis reliquerim. scelera ura atq; peccata uos demonibus uendiderunt. ut praesentis scilicet uoluntatibus inretiti. & uos parentem. & illa coniugem derelinqueret; Unde adulteram matrem uram ultra tenere non potui. sed uolentem abire pmisi. Quod autem peccatis suis unusquisq; uenundatur. dum proprio arbitrio derelicti nri uoluntate uel ad bonum uel ad malum ducimur. Et paulus

apostolus docet; Ego autem carnalis sum. uenundatus sub peccato; Qui enim facit peccatum. seruus est peccati; Et quomodo auari atq; raptores seruiunt mammona; sic omne peccatum dominatur peccatorib; quibus dicitur; non regnet peccatum in mortali uro corpore; Ut autem sciatis non a me repudiatam matrem uram. sed uoluntate propria recessisse; post multa beneficia humanum corpus assumpsi. & nequaquam pphetas sed p̄sens locutus sum; Ueni & non erat uir siue homo; Omnes enim uiri & homines imaginem relinquentes. bestiarum & serpentium sumpsere imagines; Unde & ad herodem dicitur propt̄ malitiam; Ite & dicite uulpi huic; Et ad phariseos; gemina uiperarum; Ad libidinosos; equi insanientes in feminas facti sunt; Et de uoluptuosis; nolite mittere margaritas uras ante porcos; Et de impudentibus; Neq; sc̄m detis canib; ; Et in commune de omnib; ; uisio quadrupedum quae erunt in deserto; Uenit itaque dñs & non uenit hominem; homo enim cum in honore. eēt. non intellexit. comparatus ē. iumentis insipientib; & similis factus ē. eis; Uocaui inquit eos quasi rationale animal & dixi; inclinate aurem uram in uerba oris mei. & non audiuit populus meus uocem meam; clamaui & dixi; Qui sitit ueniat & bibat; Et in alio loco; Uenite ad me omnes qui laboratis & onerati estis; & non erat qui audiret; Unde eis in euangelio sum locutus; Neq; speciem dī uidistis. neq; uocem illius audistis; quia non habetis sermonem eius manentem in uobis;.

Numquid ad breuiata. ē. & paruula facta ē. manus mea ut non possit redimere. aut non in me uirtus ad liberandum; ecce in increpatione mea desertum faciam mare. ponā flumina in siccum. conputrescent pisces sine aqua & morientur in siti. induam caelos tenebris. & saccum ponam operimentum eorum; Lxx; Numquid non potest manus mea liberari. aut non p̄ualet ut eruat. ecce comminatione mea desertum faciam mare. & ponam flumina deserta. & are fient pisces eorum. eo qd̄ non sit aqua. & morientur in siti. & induam caelum tenebris. quasi cilicium operimentum eius; Aduersus eos qui putabant dñm non potuisse liberare populum suum de captiuitate. ponit rationem exemplo plenissimam. qd̄ mare rubrum fecit peruium populo suo. iordanis fluentia siccauit. & arefcentibus in aegypto fluuius pisces uertit in putredinem; Et qui tribus diebus in aegypto tenebras fecit palpabiles; ita ut caelum quasi sacco operatum uideretur. & tenebris. utiq; potuerit & populum suum de periculo liberare; siue qd̄ supra dixerat. ueni & non erat homo. uocaui & non erat qui audiret; illud possumus dicere. qd̄ qui tantorum signorum parator est. & caelum terrasq; & maria suo facit seruire nutui. & iam ipse crucem euadere potuerit. dicens in euangelio; ut putatis quia non possum rogare patrem meum. & exhibere mihi modo plusquam. xii. legiones angelorum; Iuxta ANATWTEH

ad increpationem dñi desertum facit mare: quando omnis huius seti amaritudo sicca-
 tur. & flumina desoluantur; De quibus spiritalis draco dicebat in aegypto; mea sunt
 flumina. & ego feciea; De quibus & in alio loco legimus; quod est tibi & uiae assiriorum
 ut bibas aquas fluminum; Pisces quoq; sagina missa in mari computrescent. quia bonis
 piscibus fuerant separati; Quodq; sequitur. induam caelum tenebris. & quasi cilicium
 erit operimentum eius. uel omne qd supra nos ē. intellegamus caelum. sicut uolatilia
 quae in aere sunt appellantur caelestia. & aduersariae potestates dicuntur esse
 caelestes. quae inter caelum terramq; discurrunt. uel certe induitur caelum tene-
 bris. quando obtextur nubibus. iuxta illud qd scriptum ē; Qui operit caelum nubib;
 & dat terrae pluuiam; Et in comminatione siccitatis loquitur dñs; Ponam caelum
 aeneum & terram; non quo elementorum natura moueatur. sed qd p̄ aēs & ferrum.
 magnitudo poenarum monstrata sit. 7. Aiunt philosophi. non amplius .x. stadus
 ē terra nubes in sublime sustollit. & solis splendorem abscondere; Ergo non caelum
 sacco obuoluntur. sed intercluso caeli lumine. aer qui subter est nobis tenebris ob-
 scuratur; Possumus caelos obuolutos tenebris. & sacco operatos sic interpretari. ut
 dicamus omnes ēē. sub peccato. Et scōs quoq; indigere misericordia dī;

EXPLICIT LIBER XIII. IN ESAIAM PROPHETIAM.

Rerum salus intermina rex xpc totus gracia date rogat quos intimus. quantum uale
 suplicibus noster meleht sollemnium armonius dulcedinum ultra solens almi
 phone pure modos ymno die. Euphonice quo cythare spiritualis musice suauisonans
 os aureo grate patri gregorio efficit hunc spermologan laudum sit yperboleon dicens
 ut ē idoneis donante te p̄conius. Etate mox aprimula tu iam petenti sydera pri-
 mitias karismatum dans gaudi polcum selegens theloge hunc pius exonomie per-
 ficiens ornatus totis uirum uirtutibus. Quem etiam catholicos p̄ferebas pupillulo
 ut pater esset patrie almeq; rei publice cuius statum consilio & spiritali gaudio
 huius sapientis defenderit ab hoste. uim neutralit. Nox fultit ut topāhni tota noytheoricus
 crisolitam per aureas uibransq; categorias mellituli quas dogmatis elucidauit radus
 agapis alme nisibus est factus omnis onibus. Sic margaritum nobile uubar inestima-
 bile aromatizans balsamum lyma tropos & organum. Quis pneuma sem̄ dueibus lufit sibi.
 iocundus toti boni plurimathe. uixit dō dignissime. Aēs syon que pugilem tēpus
 suum per uigilem ornat iam polycuria faustum triumpho laurea senatus atq; superū
 dulce per emans uibulum hoc eue tam spectabili congratulatur perfrui.
Hunc semper in subsidus nr̄is ihu miseris siste tuus suplicibus tuus assiste ut p̄p̄tus
 & uir solus inuicissimū rex sabaoch imperu sūme bonus p̄ om̄a regnas potent̄ seti. Am̄.